



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 14. Universitas Benedicto parere excusat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

§. XIV.

Sæcul. XIV.
A. C. 1396.*Universitas Benedicto parere recusat.*

Parisina Universitas Benedictum haud posse flecti, sed quo studiosius incitaretur ad cessionem, eo pertinacius obistere videns censuit denegandam illi obedientiam, susceptique consilii rationes scripto edidit. Initium ducebat ab enarratione factorum, memorans conatus a se adhibitos ad extinguendum schisma Clementis tempore; litteras Cardinalibus scriptas, ne alium ei sufficerent; multorum gaudium de audita Benedicti electione, quippe qui ut Cardinalis suum concordiae studium Franciæ significasset, ac jurejurando in conclavi sanxisset; concilium anno priore Parisiis habitum; irritam trium Principum ad Benedictum legationem.

Tum exponebat suas querimonias, quarum hæc est summa; Nihilominus Universitatem vexare statuit, & quosdam ei subjectos etiam beneficiis privari jussit. Perhibet Universitatem per sui odium sic agere. Respuit cessionem ut iniquam, & rationi minime consentaneam; quamvis reapse sit ad schismatis extinctionem via optima, & unica: nec tamen aliam decernit; sed sermonibus confusis, & dilationibus utitur, tantum in

p. 801.

Kk 4

statu

Sæcul. XIV.
A. C. 1396.

p. 802.

statu suo manere perpetuo studens. Juramentum in conclavi dictum detorque-
re voluit in sensum diversum, & Cardi-
nalem menti repugnantem. Legatos
omnem in partem mittit, ut per dona, &
relationes falsas orbem universum præoc-
cupet, impediaturque, ne conveniat de via
cessionis.

Spicil. 143.

Duboulay

p. 803.

His ex querelis Universitas sub nomi-
ne Joannis Credonensis Magistri Artium,
& Sacerdotis e diœcesi Laudunensi, quem
constitueraat Procuratorem suum, confe-
cit tabulas provocationis longissimas; quæ
continent cunctas utriusque partis ratio-
nes, seu potius obtentus, sub quibus schis-
ma continuabatur. Quocirca in fine ad
Papam futurum, unicum, ac verum ap-
pellat Universitas ab omnibus censuris,
quas statuisset, aut deinceps statueret
Benedictus.

p. 820.

Is indicata sibi protinus ea re gravif-
sime offensus edidit litteras in hanc sen-
tentiam scriptas: Ut comperimus etiam
ex voce publica, Joannes Credonensis,
qui se dicit Procuratorem Universitatis
Parisiæ, contra nos, & Romanam Ec-
clesiam eo processit, ut nomine illius socie-
tatis temere provocat per prætextam cau-
sam quarundam injuriarum, quas illa per-
hibet nos sibi minatos esse, aut in posterum
facere posse. Ne turbulentissimi quidem
unquam talem interposuerunt appellatio-
nem,

nem, quippe contrariam tum plenitudini Sæcul. XIV.
 potestatis S. Petro, ac successoribus ejus A. C. 1396.
 a Christo collatæ, tum sacris canonibus,
 qui vetant, nequis a Summa Sede seu
 a Papa appellet. Igitur hanc provoca-
 tionem declaramus nullam & irritam, sal-
 vo nostro jure in hunc provocatorem, ac
 ejus socios animadvertendi, prout eorum
 insolentia meruerit. Dabat Avenione
 30 Maji an. 1396.

Universitas harum litterarum sum-
 mam per communem famam edocta 10
 Julii ad Cardinales Avenionenses scribens
 rem conquerebatur, & ut schisma tollere
 plus quam alias conarentur, orabat. Tum
 divulgavit alteras appellationis tabulas,
 quæ instar reliquorum illius temporis ope-
 rum verba multa, sed paucas rationes
 continent. Afferuntur exempla PAPA-
 rum gradu motorum, velut Benedicti V
 in Romano concilio anno 964 urgente Im-
 peratore Ottone I; Benedicti VI promoti Sup. l. 56.
 an. 972, sed paulo post capti, strangula- S. 10.
 tique a Centio; ac Benedicti IX a Roma- S. 36.
 nis an. 1044: sed posteriora duo exem- l. 59. S. 47.
 pla fuerunt meræ violentiæ. Memora- V. Conc. to. 4.
 tur ibi etiam Anastasius II a parte Cleri
 sui derelictus: sed hanc fabulam Gratia-
 nus scripsit post Anastasium Bibliothecæ p. 1177. D.
 Præfectum.

p. 826.
 p. 822.